

ANNO DOMINI DCCCXXXIV.

FREDECISUS

ABBAS MONASTERII SANCTI MARTINI TURONENSIS.

NOTITIA HISTORICA.

(Apud Fabricium, Biblioth. med. et inf. Latinitatis.)

Fredegis, sive Fredegisus, Caroli Magni et Ludo-
vici Pii clarus aetate, a Theo. Julo Aurelianensi
lib. in Carminum celebratur his versibus 175, 176 :

Stet levita doceas Fredegis sociatus Ofulso,
Gnarus uterque artis, datus utesque bene.

Ad quæ verba haec notat Sirmundus : (a) « Exstat Alcuini ad Fredegisum hunc libellus, (b) in quo propositis ab eo de SS. Trinitate quæstionibus respondet ; fuitur enim ipsius discipulus, ut et Ofulsius. Exstat Fredegisi quoque ipsius diaconi de Nihilo et Tenebris epistola nondum edita, cuius hoc est exordium : « Omnibus fidelibus et domini nostri serenissimi principis Caroli in sacro ejus palatio consistentibus, Fredegisus diaconus. Agitatam diutissime a quampluribus quæstionem de Nihilo, etc. »

(a) Tom. II Operum Sirmundi, pag. 1066. Et in Bibliotheca Patrum Lugdunensi, tom. XIV, pag. 6.

(b) Opera Alcuini, tom. Cl Patrol., col. 57. Idem Fridugisus, ad quem Alcuini epistolam de tribus generibus Visionum edidit Bacherius.

A Abbatem postea fuisse monasterii Sancti Martini et cancellarium, ex variis Ludovici diplomaticis compertum est.¹

Epiſtola haec Fredegisi de Nihilo et Tenebris ad proceres palatii (c) qua probare contendit nihilum ei tenebras esse aliquid, vulgata est a Baluzio, tom. I Miscellan., pag. 403, 408.

Epiſtola ad Agobardum intercidit : sed exstat Agobardi liber contra objectiones Fredegisi abbatis, sepius excusus inter Agobardi opera et tom. XIV Bibliotheca Patrum editionis Lugdunensis, pag. 275 280. Tractatque de varis incommodis locutionibus que objiciuntur vel defendendæ suscipiuntur ultra citroque.

(c) Hilduinum, sacri palatii antistitem, Walam abbatem, etc. Ad eosdem proceres, Agobardi epistola tom. XIV Bibliotheca Patrum Lugdunensis, pag. 280.

FREDECISI**EPISTOLA DE NIHIL ET TENEBRIS**
AD PROCERES PALATII.

(Baluz., Misce'l. sac.)

Omnibus fidelibus et domni nostri serenissimi principis Caroli in sacro ejus palatio consistentibus Fredigysus diaconus.

Agitatam diutissime a quampluribus quæstionem de nihilo, quam indiscrepantem inexaminateamque veluti impossibilem ad explicandum reliquerunt, mecum sedulo volvens, atque pertractans, tandem visum mihi fuit aggredi ; eamque nolis vehementibus, quibus vilesbatur implicata, disruptis absolvit atque enodavi, detero soque nubilo in lucem restituī ; memorie quoque posteritatis cunctis in futurum seculis mandandam prævidit. Quæstio autem hujusmodi est, nihilne aliquid sit, an non. Si quis responderit, Videtur mihi nihil esse, ipsa ejus quam putat negatio compellit eum fateri aliquid esse nihil dum dicit, Videtur mihi nihil esse. Quod tale est quasi dicat, Videtur mihi nihil quiddam esse. Quod si aliquid esse videtur ut non sit quodam modo

B videri non potest. Quocirca relinquitur ut aliquid esse videatur. Si vero hujusmodi fiat responsio, Videtur mihi nihil nec aliquid esse, huic responsioni obviandum est, primum ratione, in quantum hominis ratio patitur, deinde auctoritate, non qualibet, sed ratione duntaxat, quæ sola auctoritas est, sola que immobilem obtinet firmitatem. Agamus itaque ratione. Omne itaque nomen finitum aliquid significat, ut homo, lapis, lignum. Hæc enim ubi dicta fuerint, simul res quas fuerint significant intelligentiam. Quippe hominis nomen preter differentiam aliquam positum universaliter omnium designat. Lapis et lignum suam similiter generalitatem complectuntur. Igitur nihil ad id quod significat referatur. Ex hoc etiam probatur non posse aliquid non esse. Item aliud. Omnis significatio est quod est. Nihil autem aliquid significat. Igitur nihil ejus significatio est quid est, id est, rei existentis. Quoniam